



Pars I. a discipulis magistrisque gymnasii Luganensis scripta.

Salutatio.

Discipuli Gymnasii Luganensis in Helvetia ex animo salutem dicunt amicis suis Hungaricis.

Quamvis ne nos quidem inter nos noverimus, nec vos nostram, nec nos vestram linguam intelligamus, tamen inter nos consentimus, quia omnes discipuli atque iuvenes sumus, quia saepe eadem studia nobis sunt, et inter nos communicare latinā linguā possumus. Denique omnes cupimus progredi atque nos manet futurum tempus ignotum, cui confidimus pertinaciter atque intrepide.

In iisdem scamnis sedemus, quae, quamvis dissimilia sint, sunt tamen semper scamna; eadem paene doctrinas sequimur, omnes latinam, antiquam semperque novam atque aeternam linguam discimus, et nunc, cum ver accedit, et inter discendum pristina canet avis, vos immensa vestra plana et nos excelsos nostros montes videbimus in somnis. Omnia laeta vobis nuncupamus! Valet.

Lectoribus minimis et mediis.

Jocosa.

1. *Frater*: Epistolam ad patrualem¹ scribam. — *Soror*: Scribere nescis. — *Frater*: Neque patruelis legere scit.

2. *Sacerdos*: Ubi est via, quae ad cursum publicum (vulgo: postam) ducit? — *Puer*: I ad sinistram. — *Sacerdos*: Gratias tibi ago. Ego sum sacerdos templi novi. Veni ad missam et tibi monstrabo viam ad coelum ducentem. — *Puer*: Quomodo scire vult viam ad coelum ducentem, qui nescit viam, quae ducit ad postam?

3. *Filia*: Observa hunc virum, mater, non habet capillos. — *Mater*: Noli ita loqui magna voce, ille te audiet. — *Filia*: Ah, nondum scit se calvum² esse?

4. Magister ostendit discipulis imaginem simiae.³ Postero die interrogat puerum: Ubi potes videre simiam? — In silva, respondet discipulus. — *Magister*: Solum in silva? — *Disc.*: Et in circo. — *Mag.*: Et etiam ubi? — *Disc.*: In imagine domini magistri.

5. Magister ad quendam parvum discipulum: Quod nomen tibi est? — *Disc.*: Petrus. — *Mag.*: Ubi habitas? — *Sisc.*: Apud matrem meam.

6. *Mater*: Cur non discis? — *Filius*: Est culpa⁴ amitae.⁴ — *Mater*: Amitae? — *Filius*: Ita est, quia in libro meo sedet.

7. *Magister*: Tu scis anno 1467 (= millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo) medicos fuisse in tristibus condicionibus.⁵ Quos amicis potuerunt annumerare? — *Discipulus*: Medicamentarios,⁶ domine magister.

8. Magister dedit discipulis hanc enuntiationem⁷ in numero plurali ponendam: «Petrus, puer alacer et ingenii singularis⁸ est». Sic discipulus suam enuntiationem evolvit: «Petrus Caiusque pueri alacres et pluralis ingenii sunt».

9. Professor universitatis nuntiat discipulis: «Commoneo vos me medicum imperatoris nominatum esse». *Discipulus* submissā⁹ voce: «Deus servet imperatorem».

10. *Darius*: Dic mihi, quae bestia vivat vitam tristissimam? — *Lucianus*: Nescio... — *Darius* (graviter): Tinea!¹⁰ — *Lucianus*: Cur? — *Darius*:

¹ unokafivér = Vetter = cousin ² kopasz = kahl, haarlos = chauve ³ majom = Affe = singe ⁴ a néni az oka = es ist die Tante Schuld daran = c'est la faute de ma tante ⁵ helyzetben = Lage, Verhältnis = situation ⁶ gyógyszerész = Apotheker = pharmacien ⁷ mondat = Satz = phrase ⁸ páratlan = einzigartig = extraordinaire, singulier ⁹ halk = leise = de voix basse ¹⁰ moly = Motte = mite



1. «Via cava» et aedicula seu capella Guilelmi Tell. 2. Statua G-i Tell ex aere facta in oppido Altdorf. 3. Winkelried moriens in oppido Stans (statuam marmoream sculpsit Schölth. Pag. 116.).

Cur? Per gravissimam hiemem vivit in vestibus¹¹ balneariis: ¹¹ mediā aestate, cum omnibus sudor manat, gravi pallio¹² pelliceo¹² induta vivit.

11. *Magister*: Quot pedes habet asinus? — *Discipulus*: Quattuor. — *Magister*: Ac tu quot crura habes? — *Discipulus*: Duo. — *Magister*: Asinus habet quattuor, ideo appellatur... — *Discipulus*: Quadrupes. — *Magister*: Ergo tu, qui habes duo pedes, appellaris... — *Discipulus*: Johannes.

¹¹ fűrdőruha = Badekleid = costume de bain ¹² bunda = Pelzmantel = manteau de fourrures

De Helvetia.

Cincta magnis et potentibus nationibus, in Europa, ad occidentem versus parva regio, quae Helvetia appellatur, patet. In ea sunt altissimi montes Europae et multa magna flumina, ut Rhenus¹ et Rodanus,² quae ex iugis³ perpetuo gelu⁴ rigentibus⁴ defluunt. Helvetia alit 4,000.000 incolarum. Hi agriculturae, manu factorum periti alendo⁵ pecori,⁵ maxime vero hospitii et xenodochiis⁶ dediti sunt. Nam amoenitate locorum delectata magna advenarum multitudo urbes valles montes quotannis invisit.

Helvetia divisa est ex civili⁷ ratione⁷ in 22 pagos (vulgo: Cantones) et comprehendit tres populos: italicum, gallicum, germanicum, qui maximo inter se consensu vivunt. Helvetia inter vetustissimas civitates in Europa numeratur. Condita est anno 1291 et perfecta est anno 1815, cum maximae civitates eius neutrius⁸ partis⁸ studium⁸ sanxerunt. Medio in continente, situ ad complures nationes commodissimo, plura collegia sedes suas in Helvetia collocaverunt et nomina oppidorum eius vulgo illustrant.

Bernasconi ex V. cl. Gymnasii Lucani.

¹ Rajna = Rhein = Rhin ² Rhône ³ hegyhát = Bergücken = crête des montagnes ⁴ hófedte = schneebedeckt = couvert de neige ⁵ állattenyésztés = Viehzucht = élevage du bétail ⁶ szálloda = Gasthof = hôtel ⁷ közigazgatási tekintetben = hinsichtlich der Verwaltung = au point de vue administratif ⁸ semlegesség = Neutralitát = neutralité

Guilelmus Tell.

Tyranni in pagis Waldstaetten. Pagi Urania,¹ Suicia,¹ Subsilvania¹; «Waldstaette» appellati, ex antiquorum Helvetiorum temporibus liberi erant. Albrechtus rex (1298—1308) libertatem incolis harum vallium eripere et sub potestatem Austriae eos redigere voluit. Ideo misit ad illos arcis praefectos, qui in his terris semper oppida habitantes circumdabantur a satellitibus² et rege iubente³ severissimi in⁴ omnes incolas fuerunt, nam hoc iussum valde placuit his dominis feris et inhumanis. Populum vexabant et opprimebant. Unus ex his erat Hermannus Gessler, tyrannus crudelissimus arcem habens in oppido Küssnacht et castellum in oppido Altdorf. Aliquando iussit milites in media platea⁵ Altdorfi palo⁶ pileum⁷ superponere, quem praeter-euntes⁸ salutare debebant, quasi rex ipse ibi esset. Custodes appositi retinebant et in carcerem mittebant illos, qui sine salutatione praeteribant.



Tell exsiliens fugit. Opus tectorium (= fresco) in capella G-i Tell ad lacum Quattuor oppidorum (pinxit Stückelberg dr.).

Tell sagittā deicit⁹ málum. Illis temporibus vivebat in viculo Uranio Bürglen, homo animosus et strenuus: Guilelmus Tell, praeclarus et venator et remex.¹⁰ Libertatem populi ante omnia amabat et tolerare vim tyrannorum nequibat.¹¹ Olim Tell cum filio Waltherio praeteriens pileum non salutavit. Captus a custodibus ante praefectum arcis ductus est. Ille iratus¹² dixit: «Tell, pileum non salutasti; cur imperio meo non oboedivisti?» Tell voluit se exusare, sed Gessler: «Optimus sagittarius es. Nunc, inquit, periculum tui¹³ facio.¹³ Cape arcum tuum et deice málum¹⁴ capiti filii tui superpositum».

Tell territus est et veniam¹⁵ a tyranno petivit, sed dominus crudelis: «Deice, inquit, nisi mori cum filio tuo vis!» Tell ad omnia paratus arcum suum cepit, intendit et postquam Deum precatus est, misit sagittam, quae perforat medium málum. Tum ille: «Hic ictus¹⁶ vere pulcherrimus est. Sed cur secundam sagittam ex pharetra extraxisti?» Tell respondit: «Domine, haec est consuetudo sagittariorum».¹⁷ Gessler non credidit et locutus est: «Tell, dic mihi verum; concedo, ut vivas».

Tum Tell respondit: «Si primā sagittā filium meum necavissem, secundā etiam te necavissem». Tyrannus: «Praestiti¹⁸ tibi vitam, inquit, sed volo te ponere, ubi nec solem, nec lunam videbis». Postea Tell vincitus est, ut naviculā in carcerem Küssnacht transferretur. Illic Guilelmo in vincula coniecto moriendum¹⁹ erat.¹⁹

Nex Gessleri tyranni. Tempesta terribilis in lacu navigantibus orta est. Omnes timebant, ne

¹ Uri, Schwyz, Unterwalden ² csatlós = Trabant = valet d'arme, écuyer ³ parancsára = auf Befehl = à l'ordre ⁴ szemben, iránt = gegen = contre ⁵ tér = Platz = place ⁶ karó, pózna = Pfahl, Stange = poteau, perche ⁷ kalap = Hut = chapeau ⁸ mellette elmegy = vorübergehen = passer devant ⁹ lelő = herabschießen = abattre ¹⁰ evezős = Ruderer = rameur ¹¹ non poterat ¹² haragosan = zornig = en colère ¹³ próbára tesz = auf die Probe stellen = mettre à l'épreuve ¹⁴ alma = Apfel = pomme ¹⁵ bocsánat = Verzeihung = pardon ¹⁶ lövés = Schuß = coup ¹⁷ íjász = Bogenschütze = archer ¹⁸ kezeskedni = Gewähr leisten für = garantir ¹⁹ meg kellett volna halnia = hätte sollen sterben = aurait dû mourir

fluctibus mergerentur.²⁰ Solus Tell, ut homo viribus²¹ corporis pollens,²¹ bene remigare poterat: necessitudine coactus Gessler iussit vincula eius solvi et naviculam ad terram dirigi. Manu certā Tell petivit remis scopulum²² ripae. Ibi cepit arcum suum, exsiluit in scopulum et reppulit pede naviculam in medios fluctus.

Postea ad «Viam cavam» Küsnachtensem verus cucurrit. Illic se abdidit et praefectum arcis expectavit. Tandem ille venit, cui Tell sagittam in cor misit. Gessler his verbis dictis: «Hoc est misile²³ Telli!» delapsus est ex equo.

Tell clamavit morienti: «Cognosce sagittarium; neminem persequere!»²⁴ Non amplius nocebis pago.

Ita Tell liberavit patriam, familiam et se ipsum a crudeli tyranno. *Albertus Schaller* cl. V.

²⁰ elsüllyed = untergehen = s'engloutir, couler á fond
²¹ nagy erejű = viel Körperkraft besitzend = d'une grande force
²² szirt = Klippe = écueil
²³ lövedék = Geschoß = trait, carreau
²⁴ üldözz! = verfolge! = persécuter

De praeclaris Helvetiae, qui fuerunt.

Nonnullos temporum praeteritorum Helvetios ob magnum animum atque res gestas, quas historia adhuc memorat, citamus. Tempus libertatis Helvetiae natale ascendit ad annum 1291 (aut 1307?). Auctores huius libertatis fuerunt *Werner Stauffacher*, *Walter Fürst* et *Arnoldus a Melchtal*, qui noctu eiusdem anni in campo montano Grütli iuraverunt se omnia facturos esse pro libertate patriae. Praeterea digni sunt, qui nominentur:

Arnoldus Winkelried in pugna ad Sempach contra Austriacos (a. 1386), cum hi exercitum Helveticum circumdedissent, sociis per medias hastas hostiles aditum patefecit et pro patria vitam profudit dicens: «Consulite¹ uxori et liberis, viam libertati facio» (vide pag. 114).

Dominicus Fontana (1543—1607) praeclarus architectus et magnus mechanicus, natus est in viculo² Melide (in ripa sinistrā Ceresii Lacus). Juvenis se contulit Romam, ubi postea fere semper vixit, construens palatia, templa, theatra et aquaeductus. Inter eius admiranda opera commemoramus erectionem³ in foro Sancti Petri immanis obelisci Aegyptii, in altitudine 25 metrum, machinationibus ingeniosis et efficacibus, ab eo inventis. Mortuus est iam universali existimatione circumdatus.

Joannes Jacobus Rousseau (1712—1778) erat filius horologiarii.⁴ Vixit magnam partem vitae in Galliā. In primā suā operā «Confessiones» descripsit iuventutem suam. Per librum politicum «Contractus socialis», factus est celeberrimus. Postea scripsit «Aemilium», volumen de educatione iuvenum.

Franciscus Soave (1748—1806) natus est Lugani et fuit praeclarus educator sui temporis. Studuit litteris in scholis Patrum Somasorum; 17 annos natus, ascitus est⁵ in sodalitates horum patrum, paulo post Romam missus est ad complenda studia. Pater Soave exercitavit suam magnam

¹ gondoskodni = sorgen = prendre soin de
² falucska = Dörfchen = petit village
³ felállítás = Errichtung = érection
⁴ órás = Uhrmacher = horloger
⁵ felvéttek = aufnehmen = admettre

Hymni nationales. VII. Hymnus Helveticus.

Latine reddiderunt Helena Cattaneo et Reneta Himmelsbach cl. I. Lycae. — Bicinium. Ad modos aptavit *Henricus Carey*.

mf

Vo - cas - ne, pa - tri - a? Junc - t(i)et im - pa - vi - da pu - gna - bi - mus.
 U - bi est de - bi - le No - stra - rum Al - pi - um prae - si - di - um?

ff

Sal - v(e) o Hel - ve - ti - a! Tui for - tes fi - li - i
 Te de - fen - de - mus A - ni - mis no - stris

p

Mo - rat¹ Sanc - tum Ja - co² - bum Non ob - li - ti - sunt!
 Sua - ve est Hel - ve - ti - a E - mo - ri pro te.

¹ In pugna ad Morat seu Murten Carolus Temerarius Dux Burgundiae a Helvetiis haud multis victus 15.000 militum amisit (die 33 m. Iun. a. 1476). ² Hic Helvetii exercitum Delphini (heredis regni) Francogalliae magnum profligaverunt die 36 m. Aug. a. 1444.



Vinc. Vela: «Victimae operis.»

sollertiam educatoris fere omni in Italiā: fuit professor litterarum Mediolani, in universitatibus Parmae et Papiae⁶ et aliquamdiu in ephebeo⁷ Somascorum Lugani, ubi habuit discipulum Alexandrum Manzoni, magnum poetam et litteratum hominem, qui servavit in suum magistrum flagrantem amorem. Mortuus est ab omnibus magnopere defletus.

Henricus Pestalozzi (1746—1827). Praeceptor magnus fuit, qui omne ingenium suamque vitam pro refectione educationis dedit.

Stephanus Franscini (1795—1857). Fuit vir rerum civilium peritus, altus intelligendi magister, ardens in Patriam amore, totum se Patriae dedit. Fuit magister ludi, legum lator, consiliarius socialis, auctor Helveticarum rerum ad rationem totius imperii pertinentium.

Vincentius Vela (1822—1891) dicitur fuisse maximus statuarum artifex Helveticus atque Italicus suorum temporum. Laurentio fratre auctore,⁸ qui Vincentii ingenium artificis animadverterat, adhuc maxime⁹ iuvenis Mediolanum¹⁰ petivit, ubi ut lapicida¹¹ operam dedit maximo templo reficiendo. Postea professor academiae Augustae¹² Taurinorum¹² factus est. Ab anno 1867 usque ad mortem laboravit Loigometti, in vico suo patrio apud Mendrisium. Sculpsit celebres statuas «Spartacum» atque «Napoleonem morientem», emblemaque¹³ «Victimas operis» in memoriam operariorum,¹⁴ qui perierunt in construenda via subterranea Sancti Gotthardi, quibus operibus famam totius orbis terrarum assecutus est, nam opera eius significationem magnae cum naturo convenientiae faciunt.

Antonius Ciseri (1821—1891) pictor Ticinensis arte insignis fuit. In viculo Ronco prope Asconam natus est. Adolescentulus Florentiam iit, ut pingendi artem disceret, ibique in patria Giotti et Michel-angeli labore perseverantiaque eo¹⁵ perfectionis¹⁵ venit, ut tum inter ceteros pictores excellere longe existimaretur. Artis opera pulcherrima, quae nomen Ciseri posteris tradunt, sunt: «Translatio Christi ad sepulcrum» et «Magdalena» in templo Matris Sanctae Dei ad Saxum prope Locarnum, «Ecce homo», «Martyrium Maccabeorum», «Effigies uxoris coloribus expressa» in Expositione Artis Modernae Florentiae, «Matris imago picta».

Aloysius Favre (1826—1879). Machinator¹⁶ Genavensis fuit, qui opus magnum direxit: id est constructionem viae subterraneae per Sanctum

Gotthardum. Ad viam aedificandam decem annis opus fuit; hoc tempore certandum ei fuit cum difficultatibus plurimis, quae surgebant propter obstacula¹⁷ naturae atque cum inimicitia hominum. Quamquam omnes fortunas viresque suas in opus absolvendum contulit,¹⁸ tamen non potuit frui remuneratione sacrificii sui, quia in eadem via subterranea paucis mensibus, antequam confecta esset, obiit.

Bowerat, Englert cl. IV., Zeier, Bontà, De Luigi cl. V. Gymn. Lug.

⁶ Pavia ⁷ nevelőintézet = Erziehungsanstalt = maison d'éducation ⁸ tanácsára = auf jmds Rat = sur les conseils de qqn. ⁹ egészen = ganz = tout à fait ¹⁰ Milano ¹¹ kőfaragó = Steinmetz = lapicide. ¹² Torino ¹³ dom-bormű = Relief = relief ¹⁴ munkás = Arbeiter = ouvrier ¹⁵ a tökéletességnek olyan fokára = auf eine solche Stufe der Vollkommenheit = à ce degré de perfection ¹⁶ mérnök = Ingenieur = ingénieur ¹⁷ akadály = Hindernis = obstacle ¹⁸ szentel = widmen = consacrer

Magnitudo patriae Helveticae.

Helvetia est phaenomenon¹ magnificentissimum societatis humanae. Regio montuosa atque dissona et sermone et origine, frequentata² a tribus gentibus dissimilibus, dissimilis est omnibus nationibus orbis terrarum. Populi Helvetiae pugnam ad obtinendam ab imperio emancipationem inceperunt. Dum pagi (seu cantones) «Waldstaetten» defendebant contra imperatores Habsburgicos transitum Alpium a septentrione, tres valles Ticini eum defendebant contra Ghibellinos Mediolanenses. Pugna perseveratur³ aliquot saecula, donec Helvetia consequitur suam libertatem.

Incipiunt tunc pugnae interiores: pugnae religionis, pugnae sociales magis, quam politicae; longa pax acquisita in pacto cum Gallia facit Helvetiam torpidam duo per saecula, usque ad procellam rerum publicarum commutationis et ad flagitia restorationis.⁴ Nova Helvetia incipit a. MDCCLXXX. Hoc est tempus «renovationis».

¹ jelenség = Erscheinung = phénomène ² benépesít = besetzen = peupler ³ folytatódik = wird fortgesetzt = continuer, durer ⁴ a. 1915 Napoleone victo captoque



Ant. Ciseri: «Ecce homo.»

Et vere, dum in Europa incipit fremere⁵ procella bellorum nationalium, Helvetiorum Pagi sentiunt imperiosam necessitatem artius⁶ stringendi⁶ vincula foederis. Tota Europa sanguine contaminatur conflictu Austriacorum et Italicorum, deinde Francogallorum et Germanorum, ex quibus conflictibus nascuntur Italia in unum consociata et Germanicum imperium, et vere tunc annis 1847—1874 Germani, Galli et Italici Alpium constituunt rem publicam foederativam Helvetiae in basi⁷ aequalitatis Helvetiorum Pagorum, sermonum, ecclesiarum positam.

Quod alii populi armis obtinuerunt, apud nos decernitur comitiis populorum; plebiscitum horum montanorum addit caput⁸ novum ad ius gentium: officium populorum aliena iura colere et simul incumbere ad operam, quae definitur sic: «UNUS ERGA OMNES, OMNES ERGA UNUM». Altus sensus moralis huius facti, huius Patriae, huius Helvetiae, non habet ullum aliud exemplum in historia mundi. Id potest dici factum utilissimum, actum mente et lege superiore, quae dominatur fata populorum.

Alda Bolla cl. IV Gymnasii Lucani.

⁵ süvölt, züg = brausen = gronder ⁶ szorosabbra fűzés = enger zu knüpfen = resserrer ⁷ fundamentis ⁸ fejezet = Kapitel = chapitre

Ticini historia.

Nunc videamus paululum historiae huius pulchrae Ticinensis regionis. Pagus noster linguā, moribus, genere unicus Italicus in Helvetia, desiderio libertatis permotus, in Confoederationem Helveticam anno 1803 intravit. Media aetate, temporibus feudalis constitutionis, fuit sub imperio modo ducatus¹ Mediolanensis, modo Comensis. Etsi omnes partes historiae eius ignoremus, scimus tamen Ticinensem regionem secutam esse Longobardiae vicissitudines.² In Ticinensem pagum pervenit anno 1100 flatu libertatis, qui profectus a municipiis Italicis, sedem collocavit in nostris montibus, deinde adeo in animostrarum gentium haesit, ut conservaretur etiam per tria saecula dominationis pagorum primitivorum Helvetiorum.

Iam ante tempus nascentium³ artium³ emigraverunt ex patria nostra opifices, qui insignes architecti, sculptores, et pictores facti, in historia Italica «magistri Comacini» appellati in omnibus urbibus Italiae aestimata opera artis posteritati reliquerunt. Posterioribus saeculis plures rebelliones contra procuratores⁴ Helveticos fuerunt. Sed cum Cisalpini petiverunt, ut Ticinensis regio adiungeretur rei publicae a Napoleone conditae, obstiterunt et omnes ius Helveticum optaverunt⁴. Et die XV ante Kalendas Martias, anno 1798 voluntarii milites Luganenses repulerunt Insubres; post hanc victoriam maiores nostri petiverunt ab Helvetiis, ut Ticinensis regio Confoederationi Helveticae ut pagus liber adiungeretur.

Ita anno 1803 igitur pagus noster particeps Helvetiae factus est.

Achilles Bianchi disc. cl. IV. gymn.

¹ hercegség = Herzogtum = duché ² vizontagság = Wechselfälle (des Schicksals) = vicissitude ³ renaissance, rinascimento ⁴ helytartó = Statthalter = procureur ⁵ optálni = optieren für = opter pour

Ad Helvetiam.

*Vos, iuga excelsa cano,
Silvae, nix alb(a) et pura,
Vos, patriae nostrae montes,
Valles flumina rura . . .
Ripae caner(e) incipio
Lacuum nostrum¹ caras,
Magnos amnesque petentes
Maris undas amaras.*

*Quae montibus nostris Musae
Sine cura latetis,
Quae silvestres in saltibus
Alpium vos tenetis,
Vos, canenti mihi, rogo,
Mih(i) adeste, favete,
Carmina me libera et
Clara — sponte — docete!*

*Heroum nostrorum laudes
Iam plurimi dixerunt,
Helveti(ae) amoenitatem
Poëtae laudaverunt . . .
Canere non haec rursus — me
Verba non deficient —
Laudare non haec cupio;
— Haec omnibus non licent — . . .*

*Sed patriae amor micans
De corde nunc pellucet²
Qui duxit et nostros patres,
Qui semper nosmet ducet,
Me tenet, iam me admovet,
Dictat pauca mi³ verba,
Sed fortia et libera,
Nec stulta, nec superba:*

*«Sumus probi tres populi,
Moresque tres habemus,
Quattuor modis nos loquimur,
Tribusque cohaeremus⁴
Populorum generibus . . .
Sed cor unum nos fovet,
Nostraeque(e) omnes Helvetiae
Incolas pares movet!*

*Helvetiae nomen, honos,
Laus magn(a) et sempiterna,
Hoc est: neque plura dicam,
Nec canam voc(e) alternā.
Libertas, pax in finibus
Helvetiae semper stanto!
Cives liber(i) Helvetiae
Concordes inter s(e) amanto!*

Laurentius Bolzani cl. II Lycei Lucani.

¹ nostrorum ² pellucet ³ mihi ⁴ constamus, compositi sumus ex



1. Vallis, quae S. Gotthardum et oppidum Bellinzona coniungit. 2. Iosephus Motta, quinquies praeses Helvetiae (pag. 120). 3. Aedes cathedralis S. Laurentii Luganensis.

Iter per Ticinum (=Tessin).

Tractus¹ se movens per cuniculum² Sancti Gotthardi obscurum et longum (15.000 m) currit, maximam viam transitus inter septentrionem et meridiem Europae. Cuniculus anno MDCCCLXXXII apertus est post tot annos laboris et postquam vitam ibi multi operariorum³ amiserunt. Haec est revera magnum opus genii humani. Ecce tandem lux! Pervenimus in Ticinum, in hanc parvam partem terrae latinae, in Helvetico territorio! Sol fulget in caelo caeruleo candida cacumina⁴ altorum montium illustrans. Tractus paulatim consistit.


Sumus in oppidulo *Airole*, in primo pago Ticini, qui circumdatur viridibus pratis et nigris pinetis;⁵ est enim gratus locus aestivus excursionibus innumerabilibus. In foro monumentum est «Victimis laboris» dicatum, opus pulcherrimum anaglyphum⁶ nostri clarissimi sculptoris, *Vincentii Vela*, commonefacit viatores foraminis⁷ Sancti Gotthardi. Iterum proficiscimur. In infima valle fluit Ticinus, fluvius violentus, qui nomen regioni dat. Brevi per-

currimus hanc pulchram et altam vallē Leventinam:⁷ relinquimus pinos et abietes, invenimus castaneas et vites. Aquae⁸ deiectus⁸ praecipitantes et spumosi viridem planitiem interrumpunt.

Nunc aperitur a sinistra secunda vallis: vallis Blenio, etiam vallis Solis vocata, cum terris suis amoenissimis et via Locimagni praeclara. Apparent turres oppidorum antiquorum. Ecce: Baltiona (*Bellinzona*), industria⁹ urbs, quae in planitie Magadino sita est. Caput pagi nostri est, pulchro suo maximoque templo celebratum. Post brevem mansionem, tractus se movens cursum suum continuat ascenditque tarde declivitatem Montis Cinerum.

Longe argenteum speculum¹⁰ Verbani lacus* adspicimus, cuius in ripis suavissimis molliter sedet

¹ vonat = Zug = train ² alagút = Tunnel = tunnel
³ munkás = Arbeiter = ouvrier ⁴ csúcs = Gipfel = sommet
⁵ fenyves = Fichtenwald = forêt de pins ⁶ domborműves = mit Reliefs geschmückt = orné de bas-reliefs
⁷ Livinental ⁸ vízesés = Wasserfall = chute d'eau ⁹ impigra, sedula ¹⁰ tükör = Spiegel = miroir * Lago Maggiore



Lucus Ceresius seu Luganensis. Urbs Luganum ab laeva in sinu sita est. Pons Melidensis ab dextera cernitur.

oppidum Lucarnum (*Locarno*). Multi peregrini hieme et autumnno ibi habitant. In summitate asperae rupis Sacrarium Matris Sanctae Saxi (Madonna del Sasso) est, ubi collocatae sunt maximae pictoriae operae alterius clari artificis Ticini, *Antonii Ciseri*. Hic etiam Maggia et Vertiasca, pulcherrimae valles patescunt. Admiramur autem suavissimos locos Asconam et Brixagum (Brissago) in extrema ora Helvetica ad Italiam versus sitos.

Nunc situs regionis admodum mutatus est. Principio silvestris vallis fluvii Vedeggii, deinde *Lucanum* cum pulchro sinu nostris oculis apparet. Hem! Hic descendendum nobis est, ut urbem, publica viridaria,¹² fontes, maximum templum, nostrum palatium studiorum, templum Sanctae Mariae Angelorum cum picturis *Bernardini Luini*, splendida deversoria¹³ magnificaque loca proxima spectemus.

Iter nostrum ad finem volvitur. Nunc dextram ripam legimus lacūs Ceresii¹⁴ Melide tenus,¹⁵ transiunt pontem longum, qui in sinistram ripam ducit. Percurrimus amoenum oppidulum Mendrium (Mendrisio), eiusque fertiles agros, zeā,¹⁶ tritico,¹⁷ tabaco cultos. Tractus se movens iterum constitit: pervenimus Clasum (Chiasso). Descendimus in magnam stationem ultimam. In alta antenna vexillum Helveticum agitatur vento Italico.

Lucianus Bolzani discipulus Lucanensis.

¹¹ cacumine ¹² díszkert = Park = parc ¹³ szálloda = Gasthof = hôtel ¹⁴ Luganensis ¹⁵ -ig = bis = jusqu'à ¹⁶ kukorica = Mais = maïs ¹⁷ búza = Weizen = froment

De praeclaris viris Helvetiae, qui nunc sunt.

JOSEPHUS MOTTA, in oppidulo Airolo natus (29 XII anno 1871) jam quinques praeses Reipublicae Helveticae praefuit, quo tempore semper magna cum intelligentia iura Helvetiorum atque Ticiniensium defendit; nunc autem praeses rerum externarum est, atque insignis orator (pag. 119).

PHILIPPUS ETTER: Confoederationis Helveticae praeses anno 1939 multum studuit iuri civili atque publico et defensionis iuris, quarum scientiarum peritissimus esse haud immerito putatur.

FRANCISCUS CHIESA anno 1871 natus, rector Gymnasii Lucanensis. Numerandus est inter magnos scriptos Helveticos et praesertim inter poetas Ticinenses necnon Italicos. Multa opera eius poetico sermone ornata leguntur, quae inscribuntur¹: «Calliope», «Fuochi di primavera», «Altarino di stagno», «Vita e miracoli di Santi e di profani», «Tempo di marzo», «Villadorna», «Racconti del mio orto», «Compagni di viaggio», Recens liber (Mondadori edito Mediolani) «Sant' Amarillide».

JOHANNES KÜNZLE parochus² Zizers prope Curiensem³ urbem³ in herbarum studio versatus, praesertim in earum medicinali proprietate, famam maximam obtinuit. Prope octogenarius,⁴ opus «Erba e Malerba» scripsit, cuius iam 750.000 exemplaria edita sunt.

CAROLUS MEIER, Professor Taucensae universitatis, praeclarus fuit insignibus operibus de historia Ticinensi aetatis mediae. Ex quibus consequitur confoederationem Helveticam ortam esse ex Romana opinione.




AUGUSTUS PICCARD, Professor Helveticus in Belgica vivens. Voluit studia suscipere stratosphaerae atque anno MCMXXXVI ascendit in aëra circiter ad 19.000 m. Nunc vult explorare voragine⁵ oceani. Excogitavit batisphaeram, qua potest descendere et ascendere in mare sine coniunctione ulla. Hac batisphaerā sperat se consecuturum esse profunditatem 6000 m.

FERDINANDUS RAMUZ, (a. 1878 natus) scriptor rerum Helvetiae. Scripsit et scribit adhuc libros de vita agrorum. Inter praecipua opera eius sunt numeranda «Bellum Sonderbundi», «Historiae militum» ecc. Libri eius laureati⁶ sunt in litteris Helveticis.

AHMANN: Artifex egregius in aedificatione pontium. Emigravit in Americam (U. S. A.), ubi Neo Eboraci (New York) pontem super Hudson et pontem St. Francisci (California) aedificavit.

Nosedä et Rausch cl. V. gym.

¹ címe = Titel = titre ² plébános = Pfarrer = curé ³ Chur ⁴ nyolcvanéves = 80 Jahre alt = âge de 80 ans ⁵ feneketlen mélység = bodenlose Tiefe = gouffre presque sans fond ⁶ pályadíjjal jutalmazott = preisgekrönt = couronné



1. Franciscus Chiesa, rector gymnasii Luganensis. 2. Gymnasium Luganense. 3. Philippus Etter, praeses Helvetiae a. 1939.



Pittacia Helvetica, quae ab *Hugone Villa* professore gymnasii Luganensis discipulisque eius accepimus. — Series I : 10 : Artifices opera sua ad expositionem Turicensem 1939 portant. — 20 : Advenae in Alpihus. — 30 : Mons Rosegg (3943 m). — 50 : Helvetia. — Series II : 10+10 : Aedicula Guilelmi Tell ad lacum Quattuor oppidorum seu regionum. — 5+5 : Salomon Gessner. — 10+5, 20+5, 30+5 : Vestitus feminarum in Pagis : Sangallum, Urania, Argovia (S. Gallen, Uri, Aargau). — Series III : 3 : Deiectus aquae Lauterbrunnensis. — 5 : Mons Pilatus (2132 m). — 10 : Castellum Chillon in lacu Lemanno. — 15 : Perpetua glacies Rhodani fluvii, 10.000 m longa. — 30 : Via ferrata S. Gotthardi in faucibus vallis «Biaschina». — 25 : «Via Mala» inter recta saxa utrimque 500 m alta (prope fontes Rheni). — 30 : Deiectus aquae Rheni ad Scafusam (Schaffhausen). — Series IV : 35 : Castellum Neufalkenstein. — 40 : Seelapsee et Säntis. — 5, 20 : pulchrae regiones. — 2 fr. : Helvetia. — 30+10 : Pro Juventute.

Varia de Helvetiae.

1. «Landgemeinde.» In tribus Pagis Helvetiae ; in Glarona (Glarus) et Abbatis cellā (Appenzell) et Subsylvaniā (Unterwalden) valet adhuc insolita forma imperii, qua populus decernit de negotiis Pagi per «Landgemeinde» seu conventum omnium Pagi civium. Primo vere, e vallibus novā herbā revirescentibus¹, de montibus adhuc albis nive, e vicis collocatis sub fastigio² sacrarum turrium profiscuntur agricolae, pastores, artifices et urbem petunt. Quisque manibus fert ensem falcatum³ aut gladium, qui discrepat vesti civili. Tantum qui habet haec arma, habet etiam ius sententiae. Illa arma sunt imago auctoritatis, roboris, iustitiae.

Conventus populi, qui debet disponere negotia Pagi et eligere magistratus, habetur in foro primo regionis. Diluculo⁴ strepitus buccinarum⁵ et tympanorum, explosio ignivomorum⁶ suscitant vocis⁷ imaginem⁷ montium ornamento adhuc hibernali rigidorum et austerorum. Praeruptis semitis⁸ de-

scendunt catervatim cives atrati⁹ aut vestiti amoenissimis vestibus Alpium, subuculā albā¹⁰ acu pictā, bracis¹¹ gilvis, colli¹² vittā¹² rubrā, malleolis¹³ argenteis et pileo floribus montanis exornato.

Meridie in scalis veteris domūs Consilii publici apparent severe atrati domini Administrationis et magistratus, quos sequuntur pueri ex more vestiti portantes clavam et gladium, quae tenens novus «Landamannus» caerimoniā finitā iurabit. Pompam efficiunt amoenissimam homines vestiti ex more

¹ újra zöldel = wieder grün werden = reverdir ² csúcs = Spitze = sommet ³ sarlóformájú = sichelförmig = qui a la forme d'une faucille ⁴ hajnalhasadás = Morgendämmerung = à la pointe du jour ⁵ pásztorokürt = Hirtenhorn = cor des Alpes ⁶ löfegyver = Schießgewehr = arme á feu ⁷ visszhang = Echo = écho ⁸ ösvény = Pfad = sentier ⁹ fekete ruhában = schwarz gekleidet = vêtu de noir ¹⁰ ing = Hemd = chemise ¹¹ nadrág = Hose = pantalon ¹² nyakkendő = Halsbinde = cravate ¹³ gomb = Knopf = bouton

mediae quae dicitur aetatis, signiferi et baiuli¹⁴ cornuum venatoriorum, servantes in aspectu austeritatem et dignitatem antiquorum nobilium, iam talis honorifici officii administrorum.

Sono tympanorum et fistularum¹⁵ pompa se movet ad locum conventus versus. Ibi est iam collectus populus, coram quo stant magistratus. Chorus lentus et sollemnis «Omnis vita manat a te...» cantatus ab omni populo invocanti bona omnia divina, aperit conventum. Landamannus, rector Pagi, piam orationem habet, post quam magistratus, simplices functionarii facti, vocantur ad rationem¹⁶ reddendam¹⁶ de suo opere. Populus audit, consilium dat, disceptat, probat et hoc libere, verbis aut tollendo manus. Secundum animum incolarum conventus evolvitur tumultuose, verbis probationis aut murmurationibus taedii, ut in Subsilvania, aut inter religiosam tranquillitatem, ut in Abbatis cella, ubi tantum strepitus manus tollentium et iterum demittentium interrumpit altum silentium. Cum res tractandae finitae sunt, populus eligit novum Landamannum et ceteros magistratus. Constituitur pompa et omnes in aedem sacram se conferunt, ubi evenit caerimonia extrema iuris iurandi.

Aelius Ghirlanda

cl. IV gymn. discipulus Luganensis.

¹⁴ hordozó = Träger = porteur ¹⁵ pástorsíp = Hirtenpfeife = pipeau, chalumeau ¹⁶ beszámol = Rechenschaft ablegen = rendre compte

2. Coniuratio Manicarum¹ Rubrarum. Paucis annis post, quam urbs Lucerna intravit in Confoederationem, aliqui cives, amici Austriae, coniurationem fecerunt, ut trucidarent fautores foederatorum et restituerent dominationem austriacam. Nocte ante diem tertium Kalendas Julias anno 1343 coniurati in locum subterraneum convenerunt. Famulus, forte, audivit eorum proposita.² Terrore



Landsgemeinde Glaronae.

percussus sero voluit fugere, cui capto mors proposita est, nisi iuraret se nemini unquam enuntiatum esse, quod vidisset et audivisset. Cum iuravisset, fugam capessivit.

Statim cogitavit, qua ratione patefacere posset coniurationem, servans tamen ius iurandum. Cum

vidisset in sede laniorum³ lumen accensum, ingressus est et ad fornacem⁴ versus: «Fornax, inquit, audi, quae viderim et audiverim; id enim mihi patefacere hominibus non licet. Hac nocte quidam



Hunc nummum, quo benefacti Helvetiorum memoria maneret, a. 1917. B. H. Mayer artifex iussu Societatis Rubrae Crucis Francofurti ad Moenum (in Germania) excudit.

convenerunt, ut urbem aggredirentur. Armati sunt et gerunt manicam rubram.» Quae cum audivissent lanii, socios suos excitaverunt et cives coniurationem oppresserunt.

Rudolfus Huber cl. V. Gymn.

3. De «Cruce Rubra.» Vere anni MDCCCLIX bellum exarsit inter Galliam et Austriam. Pugna atrocissima huius belli fuit ad Sulphurinum.⁵ Mortui sunt ibi 17.000 Gallorum et 22.000 Austriacorum. Henricus Dunant Genavensis (1828—1910) perfectā pugnā terribili, percurrerat castra tecta vulneratorum. Commotus est lamentis⁶ miserandis istorum et librum edidit de Recordationibus Sulphurini, in quo narrat tristes sortes militum in illo bello vulneratorum.

Henrico Dunant persuadente et hortante Genavae anno 1864 ab 16 civitatibus obsignatum est pactum celebre (notum sub nomine «Conventio Genavensis»), cuius nunc iam fere omnes nationes mundi participes sunt. Primus fuit Dunant, qui anno 1901 praemio Nobeliano honoratus est. Beneficia «Cruis rubrae» omnes cognoverunt in supremis bellis: praecipue in Gallia, in Austria, in Aethiopia, in Transvaal et in bello mundano a. 1914—1918.

Victorinus Riva et *Brunus* discipuli cl. IV Gymn.

¹ (ruha)ujj = Ärmel = manche ² szándék = Absicht = intention ³ mézáros = Metzger = boucher ⁴ kemence = Ofen = four ⁵ Solferino ⁶ jajgatás = Wehklagen = lamentation

Beatus Nicolaus a Rupe (von Flüe).

In Helvetia iam ab saeculo XVI maximā veneratione colitur Nicolaus von Flüe, a populo simpliciter «Bruder Nikolaus» appellatus. Natus in Sachselensi vico pagi Subsilvaniae,¹ pueritiam et adolescentiam piissime et innocenter transegit et sponsam accepit puellam Dorotheam Wiss, quae ipsi decem filios et filias peperit.

In vita privata vere christiano nomine dignus, in re publica consiliarius, iudex, delegatus ad dietam² maximam laudem consecutus est. Fuit miles in bello et magnā pietate in captivos eluxit. Consilio sui sacerdotis, permissu uxoris, familiam reliquit, ut liberius Deo soli vacaret. In aspera et solitaria valle, quae Ranft appellatur, per 19 annos n divinis contemplationibus et visionibus vitam magnā paenitentiam et solo cibo Eucharistico nutritus, quod authentice³ probatum est, usque ad an. 1487 duxit. In rebus politicis apud Helvetios magnā auctoritate pollebat. Pacem inter Helvetios iam ad bellum promptos composuit eosque hortatus est ad unionem viribus et armis pacifice servandam, ne sese immiscerent rebus extraneis, neve cuperent amplitudinem dominationis. Etiam hodie his consiliis regitur Confoederatio Helvetica. Beatus Nicolaus rem publicam Helveticam annis 1914—1918 servavit immunem a bello et ad opera pietatis in miseros magnis belli calamitatibus oppressos, chri-



Henricus Dunant, conditor «Crucis Rubrae».

stiano animo incitavit. Beati Nicolai sepulcrum colitur in Ecclesia pagi Sachselensi. Processus pro eius canonizatione⁴ evolvitur.

Cardinalis Matthaeus Schi(n)er.

Vir rebus ecclesiasticis, civilibus, militaribus et in re diplomatica maxime versatus floruit inter Helvetios Matthaeus Schiner, qui an. 1465 in vico



B. Nicolaus pacem componit a. 1841. Ex libro ornatissimo Caroli Jauslin «Imagines ex historia Helvetiae».

Mühlebach pagi Vallis Superioris natus, cum vitam inter innumeras agitationes in patria et in exteris regionibus egisset, anno 1522 peste abreptus et in ecclesia St. Mariae de Anima Romae sepultus est.

Anno 1499 episcopus⁵ Sionensis in Pago Vallis creatus, una cum Papa Julio II consilio et agendarum rerum prudentiam pro causa Imperii contra Gallos quam maxime propugnavit et Gallos an. 1512—1513 a civitate Mediolanensi⁶ expulit. Post infelicem exitum pugnae ad Marignanum, cum pacem perpetuam Helvetii cum rege Gallorum sanxissent,⁷ Schiner migrans e patria sua hostili, Romae a Leone X benigne acceptus et post Leonis mortem, consiliarius et minister Imperatorum Maximiliani et Caroli V factus, candidatus Romani Pontificatus in conclavi⁸ (1522) fuit et auctoritate suā promovit electionem Hadriani VI in Papam. Julius II nominavit eum episcopum Novarae et Carolus V (1520) episcopum Cataniae. Cardinalis Schiner promovit reformationem catholicam, etsi quibusdam novatorum (Zwinglius) personaliter amicus fuisset. Vir dignus meliore memoria et gloria apud cives.

B. Nicolaus et Cardinalis Schiner filii Helvetiae, alter in pace et simplicitate vitae, alter in gloria et inquietudine mundi. Ambo in gloria Dei.


Canonicus Dr. Angelus Pometta
magister religionis in Lyceo Luganensi.

¹ Unterwalden ² országyűlés = Landtag = diète

³ tam certe, ut credi possit ⁴ szentté avatás = Heiligsprechung = canonisation ⁵ püspök = Bischof = évêque

⁶ Milano ⁷ fecissent ⁸ locus clausus, ubi Papa eligitur

Pars II. ab aliis scripta.



Helvetiae hic fasciculus dedicatur. Moderatore enim hortante lectores nostri non solum 53 imagines, quae pulcherrimas regiones virosque eminentissimos Helvetiae repraesentant, sed etiam tot opuscula de patria sua diligentia mirabili scripserunt, ut hic fasciculus nec omnes imagines, neque manuscripta omnia capere posset. Quae hic non edi potuerunt, paulatim prodibunt. «Helvetiae benignae» permulti parentum Hungaricorum gratias debent sempiternas, quorum liberi in patria post bellum mundanum mutilata bisque exspoliata — primum a communistis, deinde ab exercitu Rumano irrumpenti — esurientes in Helvetiam invitati sunt, ubi hospitio humanissimo fruebantur, cuius nunquam obliviscuntur. Etiam filia moderatoris tum in Helvetia hospitalitate maximam accipiebatur, quare «parentibus suis Helveticis» hinc quoque iterum atque iterum salutem dicit plurimam atque orat, ut Deus conatibus Helvetiae clementissime faveat. Moderator autem toto animo gratulatur *Hugoni Villa professori Luganensi*, qui tantam alacritatem² studiumque² latine scribendi discipulis iniecit,² ut totus fere hic fasciculus ab illis conscribi posset. Sic itur ad astra!

Charta geographica Europae tam saepe mutatur, ut officinae chartographicae nolint iam novas chartas geographicas typis³ excudere,³ sed novos limites stilo⁴ plumbeo⁴ inscribunt, ut si quid mutaretur, facile limites iam non valentes eradi possent. Ex quo nuntiavimus sortem Cecoslovaciae, ergo intra 30 dies, haec mutata sunt: 1. Hispania tota se Franco Duci dedit. 2. Regio urbis Memelae cum 150.000 Germanorum a Lituaniis reddita est veteri patriae. 3. Albania ab Italis occupata Victorium Emanuele sibi regem creavit. Rex Zogu et uxor eius, Geraldina e comitibus Hungaricis Apponyi adhuc aegrotata cum infanti tres dies nato in Graeciam perfugerunt. — In Francogallia *Lebrun* iterum praeses reipublicae creatus est. — In Germania *Hittlerius* Dux 50 annos natus sollempnibus maximis celebratur.

Theodorum Philips dr. theologiae, Osnabrugensem, socium nostrum latinitatis aequae peritum ac amantem, sexagenarium, gratulationes undique accipientem neque nobis negligere licet. Reverendissime pater, concedat Tibi Omnipotens Deus, ut diutissime optimam valetudine fruens servire possis et Creatori, et patriae Tuae, et latinitati! Ad multos annos!

Ceteri nuntii proxime publicabuntur.

¹ éhezni = hungern = avoir faim ² megkedveltet = Lust machen = donner envie ³ nyomtatni = drucken = imprimer ⁴ ceruza = Bleistift = crayon ⁵ gróf = Graf = comte

Somnia Latronum.

(3)

Theatrum Parvulorum.

Scripsit P. Henricus Koehler S. J. in Brasilia.

Scena III-a. Eaedem personae.

SERGIUS: (*acutum sibilum¹ edit, quo expergefactus Carolus M. exsilit*). **CAROLUS M.** (*praedones intuens, secum ipse*): Quid est hoc? Qui sunt isti viri minaces in me oculos figentes? Quattuor sunt iidemque armis instructi. Scelusne moliantur? Ah, si tu superesses,² Aquilo, equorum velocissime, quam celeriter me in loco tuto poneres! Nunc mihi quam maxime opus est prudentiam et animo imperterritito.

(**POMPONIUS** et **RUFUS** a tergo **CAROLI M.** se collocant.) **SERGIUS** (*versus Carolum M. procedens*): Salve, domine! Nos probi homines sumus; omnem malam opinionem ex animo remove; neque enim quemquam occidimus.

CAROLUS M. (*secum*): Quid faciam? Omnis fuga praerepta est.³

SERGIUS: Iucundissimis saepe somniis mone-mur in silvam hanc penetravisse hospites pecuniosos, qui nobis afferant res pretiosissimas: margaritas,⁴ gemmas,⁵ vestes, argentum, aurum, alia, quae homines fere in deliciis⁶ habent.⁶ Hasce res nobis ardenti cum studio offerunt (*voce levans, lente verba quae sequuntur profert, minas⁷ intentans*)⁷ neque opus nobis est petere eiusmodi dona.

CAROLUS M. (*secum*): O procacissimum⁸ et impudentissimum praedonum genus!

SERGIUS: Equidem igitur modo somniavi te libentissimo animo demptam a tua ipsius fronte cassidem meo imponere capiti.

CAROLUS M. (*secum*): Occidamne insolentem? ... Minime, dum enim eum interficio, alius adversum me petit, alii duo a tergo ... (*Subito consilio cassidem demit et Sergio tradit dicens*): Somnium te nequaquam deceptum.

SERGIUS: Gratias tibi quam maximas ago, optime domine. (*Conversus ad satellites scelerum*): Plausumne mihi sic ornato datis?

AURELIUS: Vere rex vidēris (*ad Pomponium*) Quid cunctaris, Pomponi? dic, quae per somnum vidēris.

POMPONIUS: Non est, cur festinem. Vicem¹⁰ tibi meam cedo; tu primus flagita paludamentum. (*Secum*): Aurelius ipse primus experiatur in illo hospite mihi satis suspecto. Si ex sententia¹¹ cesserit¹² tentamen, egomet mea vota¹³ promam.

AURELIUS (*propius ad Carolum M. accedens*): Per quietem purpureum sagum ex umeris tuis humi delabens vidi, quod ipse accurrens arripui. (*Prosi-liens, Carolo Magno paludamentum detrahare tentat, sed vi repellitur.*)

CAROLUS M.: Aufer te hinc, nequissime!

AURELIUS: Noli hoc aegre ferre, domine.

¹ fütty = Pfiff = sifflement ² még élni = noch am Leben sein = être en vie ³ lehetetlen = unmöglich = impossible ⁴ gyöngy = Perle = perle ⁵ drágakő = Edelstein = gemme, pierre précieuse ⁶ amant ⁷ minitans ⁸ tolakodó = zudringlich = arrogant ⁹ acélszak = Stahlhelm = casque d'acier ¹⁰ locum ¹¹ kívánsága szerint = nach Wunsch = selon non désir ¹² sikerül = es gelingt = réüssir ¹³ kívánság = Wunsch = désir ¹⁴ használ = nutzen = servir á qqch

CAROLUS M. : Recte mones ; irae enim indulgere non proficit. (*Secum*). Quantum me morantur comites ! (*Sagum humi abicit.*)

AURELIUS (*tollens paludamentum*) : Haec mihi erit vestis forensis pretiosissima (*amicus¹⁵ sago, it reditque iactans se*).

POMPONIUS : Euge !¹⁶ *Finis sequetur*

¹⁵ vestitus ¹⁶ Bravo !

LECTORIBUS MAIORIBUS.

Inscriptiones Latinae. (3)

Opera tectoria symbolica vitam spirantia.

Scriptis : —s.

6. «*Concidet obliquum.*» — Columen modo erectum exspectationi satis facit, obliquum seriusocius humi prostratum invenitur. Animus ingenuus atque apertus est semper appetendus nobis, nam — ut proverbium Hungaricum habet — hominem mendacem celerius assequeris, quam canem claudicantem.

7. «*Tutum iter unanims.*» — Cervi flumen nando traiciunt alter post alterum. Dum inter se consentiunt, in tuto est unusquisque eorum. Etiam nobis concordia munitur recta ac tuta via in vita sociali.

8. «*Non omnia possumus omnes.*» — Claves variae — maiores et minores — pendent de pariete in quendam anulum insertae. Singulae modo

Vivum Latinum.

De Pio XI mortuo laudatio funebris pulcherrima latina, quam Rev.-mus Angelus Perugini secretarius Litterarum Latinarum habuerat, in ephemeride «*Osservatore Romano*» edita est. Sua Sanctitas, Pius XII, Summus Pontifex Valentino Homan ministro nostro cultus atque instructionis publicae pro gratulatione latine gratias egit. Idem die Paschali in basilica S. Petri magnam orationem latinam etiam radiophonice transmissam de pace promovenda habuit. Utinam admonitiones eius ubique audiantur !

Plauti Mostellaria radiophonice acta.

Fortasse aliqui vestrum, cari lectores, qui ad radiophonum sedere soletis, audistis Plauti Mostellariam, quam a Iosepho Révay in Hungaricum conversam a. d. VII. Idus Februarias a. 1939. Antonius Németh director Theatri Nationalis docuit et histriones Theatri Nationalis egerunt. Vos, qui audistis hanc fabulam, nonne magnam voluptatem cepistis? Quidni, cum Iosephus Révay, tamquam praestigiator quidam promptissimus arte sua effecit, ut non fabulae a. 1939, sed a. 194 a. Chr. n. actae operam dedisse videremur. Quid ergo egit? Nunc quòque, ut assolet, in speciem cuiusdam relatoris diurnorum, qui omnia speculatur et odoratur, compositus ultracitroque errans tandem Romam devenit, a Scipione Africano ad convivium invitatur. In convivio cum inter eum et Plautum et Ambivium Turpionem principem gregis notitia intima facta esset, non veritus est ab Ambivio ad spectandam fabulam tesseram gratuitam petere, quam ille ei libenti animo dedit. In convivio cum Flacco convenit ei, ut una ad spectaculum irent. Flaccum exspectans ad veteres



Emblemata refectorii archicoenobii Pannonhalma 6—8.

certas seras aperire possunt. Sic homines, eorumque facultates variae sunt. Non possumus in omnibus rebus simul versati esse. Simus igitur unicae artis — sed vere et perfecte — periti !

Continuabitur.

tabernas venit. Ibi in turbam fluctuantis populi delapsus est. Undique dissoni clamores aures circumstrepunt, voces argutissime clamitantes circulatorum merces suas praedicantium exaudiuntur. Tandem Flaccum ante theatrum offendit. In theatro strepitus et murmura spectantium

Librorum recensio.

Ladislao Kőszegi (Pannonio): *Per la misura estetica più alta: latina.* (Verso un imperialismo estetico romano). — *Hymnus in Romam.* (Budapest, 1938.) Pag. 28.

Vir praeceptorum artis peritissimus opusculo suo lingua Italica de notionibus artis operumque arte perfectorum disserit. Doctrinam, quam profitetur, praecipue per *ingenium Romanum* eventum comprobari putat. Quam sententiam demonstrare exemplisque illustrare conatur.

Praeprimis picturam linearem coloresque adulterari, compositionem depravari, exornationem neglegi vetat. In opere artis *harmoniam* inesse debere inculcat. At harmonia ista non uno solo factore, sed concentu necnon varietate numerositateque multorum elementorum producitur. Alioquin loco voluptatis taedium adest.

Consilium artis non eo spectat, ut vita in opere ad inopiam redacta exanimetur. Fructus tunc nobis arte suppeditantur, cum facultates nostrae sentiendi imaginandique satis superque voluptate sua fruuntur.

His diebus tabe quadam infelici sensuum ingeniique multi adducuntur, ut permagnam aetatis nostrae complexitatem ad inopiam extremam redigendo exprimere velint.


Auctor operis *mensuram artis altissimam* in territorio Latinitatis paganae Christianaeque, in imperio Romano Urbeque Aeterna apparere opinatur.

Musa Italica ut filia Titanis cuiusdam uniusque e Graetiis imagine roboris cum venustate coniuncti nobis se offert. Nil mirandum, quod ea omnibus aevis insolita vi mentes ad se trahebat. Nullum praeter Italiam regnum toties a multis ingeniis altera ipsorum patria vocabatur. Humanitas, quae *sub specie aeternitatis* quaerebatur, *sub specie Romanitatis* inventa est. Et probatum est de Roma: *fecisti patriam diversis gentibus unam.*

Ex ideis aeternis formae aeternae sunt ortae. In architectura ex iisdem radicibus altera atque altera genera nova nascebantur. Ipsa Urbs Roma ex constructionibus 37 saeculorum non interruptis originem habet. *Eclecticismus* quidam organicus id, quod probatum est, retinet singulaque elementa eligendo colligendoque *solidaritatem* quandam procreat. Et vivit atque viget *disciplina illa Romana*, qua artificem mediam inter extrema carpens viam sese continet efficitque, ut id, quod producit, sub specie aeternitatis sempiternam habeat vim atque effectum.

Auctor opusculi in appendice *Hymnum in Romam* quoque offert lectoribus. Carmen limpidiis verbis Latinis compositum ingenium poëtae Urbe Aeterna indelebiter captum esse testatur.

Julius Kováts dr. Bp.



Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum numeri VI.

1. Alter pastor septem, alter quinque oves habuit.
2. ovis, veto, iter, sors.
3. S, es, res, Ares, Lares, clares.

4. nudo (i. e. corpore), ludo.

5. candela; magnificentia, ego, anima, cui te se, clementia; coram, aspergo, nefasti, Deo gratias agite! eligere, liberti, astra, enim, omen, ave, ast, CL, ei!

Aenigmata recte dissolverunt: In Hungaria: Maria Eszlány, Helena Korompay, Iolantha Pukánszky, Aurora Turner, Sarolta Wittinghof, Petronella Cholnoky, Helena Eckhardt, Gratia Kerényi, Erica Kis, Maria Kossaczky, Iuditha Németh (*Szilágyianum*), Georgius Moldoványi (*Werbőczyanum*), Stephanus Székely (*Rákócziánium*), Martha Beregi (*Veresianum*), Tiburtius Vénusz, Attila Csik, Ottó Rajki, Alexander Weber (*Scholae Piae*), Ladislaus Borza, Alexander Fenyves, Stephanus Holló, fratres Pál, Michael Szabó, Robertus Wimmer, Georgius Gonda, Georgius Gárdos, Gabriel Révész, Ioannes Herskó, Marius Roger, Franciscus Szakács (*Bólyaianum*), Clara Deák (*Theresianum*), Egon Rosner, Ladislaus Grosz, Georgius Lénárd, Petrus Resovszki, Ladislaus Hegedús (*gymn. IPEA*), Margaretha Grabits, Mathilda Bántay, Aureola Berkényi, Catharina Brósz, Mariana Fitz, Eva Hönsch, Clara Pálffy, Maria Pap, Livia Rausch, Maria Rozgonyi, Catharina Schmidt, Vera Seligmann, Anna Szeredai, Zita Taufenecker, Livia Törley, Eva Verebely, Sara Weber, sorores Zalay (*Sophianum*), Stephanus Gát-szegi, Iosephus Pongrácz (*Emericanum*), Ladislaus Kuchánszki (*Széchenyanum*) *Budapestinenses*. Gustavus Vongrey, Ladislaus Magassy, Andreas Tamásy *Agrienses*. Otto Waldner, Iosephus Szó, Stephanus Hatvani *Gyöngyösienses*. Tiburtius Stinner *Jaurinensis*. Iosephus Fejes *Kaposvárienses*. Georgius Wohlberg, Andreas Andódi *Komarienses*. Ioannes Kápolnai *Mezőkövesdienses*. Gisela Sikolya, Editha Borsay, Irene László, Iuditha Matoss, Eva Nemerey, Sarolta Öllös, Helena Csóka, Prisca Fúrge, Margaretha Nagy, Helena Sebestyén, Cornelia Ugrai, Alicia Wimmerth *Mezőtúrienses*. Iuditha Poós *Sempronienses*. Maria Kónya *Sabarienses*. Ladislaus Tamás *Vesprimienses*. — In Batavia: Hermannus Mulder, Ioannes Rykers, L. de Kort, W. Steenhof, Christianus v. Weegberg, W. Wenstedt, Alb. Bleeker, Hubertus Gaudelius, Henricus v. d. Heyden, Antonius v. d. Rat, Guilo Friëco, Ioannes Heddes *Kaatsheveliensis*. Wouterus Kroon *Driekuis-Velsenenses*. — In Germania: Iosephus Brand, Ferdinandus Corti, Ioannes Eigenseder, Octavianus Gassauer, Antonius Hanika, Herbertus Humula, Iosephus Küfferle, Rudolfus Lennkh, Iosephus Maar, Ernestus Mosing, Iosephus Pfeffer, Henricus Scholdan, Wolfgangus Wolfring, Carolus Zita, Otto Zlobicky (*gymn. Academicum*), Ioannes Aigner, Ericus Müller, Franciscus Pachler, Ervinus Pelouch, Helmutius Weiss, Guilelmus Korber (*Grillparzerianum*) *Vindobonenses*.

Praemium sorte Helenae Eckhardt, Stephano Holló, Petro Resovszki, Evae Verebely, Stephano Hatvani, Andreae Andódi, Giselae Sikolya, Josepho Maar, Erico Müller, Friderico Urban, L. de Kort, Marthae Beregi, Ottoni Rajki, Iudithae Poós obvenit.

1. Logogriphus.

Cum a est deus bellicus,
Cum o illius socius.

Valeria Scanavino,
disc. V. cl. gymn. Luganensis (in Helvetia).

2. *Quadratum magicum.*

| | 1. | 2. | 3. | |
|----|----|----|----|-------|
| 1. | | | | A A A |
| 2. | | | | E E R |
| 3. | | | | R S U |

1. Est mensa sacratissima.
2. Pro «curre!» hoc nunc impera!
3. Hōc omne potes emere,
Si habes, nequis gemere.

Riccardus Schaeffler,
disc. Ettalensis (in Germania).

3. *Logogriphus.*

- . a . . . Hoc accipis a lanio.
. e . . . Et hoc est: «cera illino».
. u . . . Interdum valet: «foveo».

Valeria Scanavino,
disc. V. cl. gymn. Lucanensis.

4. *Quadratum magicum.*

| | 1. | 2. | 3. | 4. | |
|----|----|----|----|----|---------|
| 1. | | | | | A A A D |
| 2. | | | | | D E E E |
| 3. | | | | | E G I M |
| 4. | | | | | M R R S |

1. Pronomen hoc est determinativum.
2. Huic verbo est «donare» simile.
3. Particula est ad accusativum.
4. Pro «graderis» hoc potes dicere.

Ladislaus Tamás,
disc. Veszprémiensis.

5. *Ex syllabis.*

a, a, ac, be, bo, ci, cy, de, do, dus,
e, ex, fen, he, la, le, li, ly, man,
mi, na, nu, o, o, oc, pu, ris, sa, si,
si, si, sor, stra, ta, ti, ti, um, um, vis

Si ex hisce syllabis
Voces composueris
Ex sententia
Infra addita,
Primis litteris
Et a fine tertiis
Fit proverbium
Celeberrimum.

1. Est res, quam regit nauticus.
2. Est «neco» verbum simile.
3. Est oppidum Hispaniae.
4. Antiquus geographicus.
5. Est dea Asiatica.
6. Poeta Graecus nobilis.
7. Quod tibi est in feriis.
8. Quae urbs est in Thessalia.
9. Sed hoc est litus arduum.
10. Hoc erat «Caelum» veterum.
11. Est bestia ridicula.
12. Perfectum verbi expellendi.
13. Est vir peritus defendendi.

E discipulis gymn. Lucanensis.

6. *Pyramis.*

| | | | | | | | | | | | |
|--|--|--|--|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | 1 | | | | | | | |
| | | | | 2 | 1 | | | | | | |
| | | | | 3 | 2 | 1 | | | | | |
| | | | | 1 | 3 | 2 | 1 | | | | |
| | | | | 1 | 3 | 2 | 4 | 1 | | | |
| | | | | 5 | 1 | 4 | 1 | 3 | 2 | | |
| | | | | 1 | 3 | 5 | 2 | 4 | 6 | 1 | |
| | | | | 7 | 2 | 3 | 5 | 1 | 4 | 6 | 1 |

1. Sic «Aulus» tu abbrevies.
2. Pro nomine hoc adhibes.
3. Ad iudicem haec trahitur.
4. Hoc loco saepe luditur.
5. Quod in desertis potes cernere.
6. Hoc dicimus de sanguine.
7. Quae terra sita est in Asia.
8. Sed haec est in Europa Media.

O. S.

Nota: Lectoribus minimis: 1, 2, mediis: 3, 4, 6, maioribus: 5.

Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum Idus Maias.

Solutiones aenigmatum singulis in scholis a magistro colectae in eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti possunt. Quem sibi quisque ex libris praemio dandis elegit (vide num. 5, pag. 80), scribat ad moderatorem.

Lectores ad certamen invitantur.

Qui certaminis participes esse volunt, scribant sub titulo *Quae mihi in «Iuventute» maxime placeant?* Terminus: Calendae Maias. Opuscula optima praemio afficientur. Exitus certaminis in fasciculo X (mense Iunio) publicabitur.



Corrigenda numeri VII (Mart.): pag. 99: pro «gnotus» lege: ignotus. — pag. 101: pro «Saturnus lapidem dat» lege: Rhea lapidem dat. — pag. 103: pro «Latini reddidit» lege: Latine reddidit. — pag. 110: pro: «sperandum sit ut» lege: sperandum sit. — pag. 111: pro «narravissent» lege: manavissent.

Moderator omnibus sociis et lectoribus pro gratulationibus votisque, quae die S. Iosephi necnon diebus festis Paschalibus accepit, gratias agit maximas. Simul excusatione inopiae spatii uti cogitur oratque socios impatienter urgentes, ne aegre ferant opuscula sua nondum edita esse. Etiam auctoribus opusculorum recentissimorum iisque, qui litteras edito iam fasciculo VII miserunt, proxime responditur.

Fasciuli IX—X (pag. 129—144 et 145—160) eodem tempore: Calendis Juniis prodibunt.

Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum. — A Katolikus Középkolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)